The Electronic *Manipulus florum*

www.manipulusflorum.com

Sapiencia uel sciencia ap

cum fontibus proximo et primis

Nam ad rem publicam plurima commoda ueniunt, si moderatrix omnium rerum presto est sapiencia; hinc ad ipsos qui eam adepti sunt, laus, honor, dignitas confluere debent.

nam hinc ad rem publicam plurima commoda veniunt, si moderatrix omnium rerum praesto est sapientia; hinc ad ipsos, qui eam adepti sunt laus, honos, dignitas confluit; hinc amicis quoque eorum certissimum et tutissimum praesidium comparatur.

Marcus Tullius Cicero, *Rhetorici libri duo de inuentione*, 1.4
(E. Stroebel ed., p.5b, ll.12-17).

In hac enim excolenda sita est uite honestas et in negligenda turpitudo.

Tullius in prologo rethorice.

In hac excolenda sita est uite honestas et in negligenda turpitudo.

Pseudo-Guillemus de Conchis, *Moralium dogma philosophorum*, Prooem.
(J. Holmberg ed., p.6, ll.8-9).

Nulla enim vitae pars neque publicis neque privatis neque forensibus neque domesticis in rebus, neque si tecum agas quid neque si cum altero contrahas, vacare officio potest, in eoque et colendo sita vitae est honestas omnis et neglegendo turpitudo.

Marcus Tullius Cicero, *De officiis*, 1.2.4
(M. Winterbottom ed., p.3, ll.1-5).